Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Patauia preclara diuersis olim ciuitas / Inter danubium Enumque sita: quam principes Ce-
sares ecclesie tradiderunt / Vernacula lingua Passaw appellata: Danubius ex montibus
sueuie venit. Ynus ex alpibus / que germaniam ab Italia disterminant: Atque hoc in loco
mixtus danubio nomen amittit. Urbs ipsa in longum tenditur: nec magno negocio for-
mam insule susciperet / Si quis ab eno, foueam in danubium duceret. Nec enim quingenti
passus sunt ex vna in alteram aquam. Super yno pons est ligneus qui sextam habet arcu
Et ciuitatis partem que transflumen est ciuitati maiori coniungit. Est et alius pons super dan-
ubium / per quem via est ad montes qui bohemiam respiciunt: post hos montes fluuius alius in-
ger admodum perlabitur Qui ex bohemia veniens oppidulum iudeorum et ternam patruie
partem diuidens sub castro presulis danubio / quasi ex opposito yno se immittet. Itaque tria flu-
mina vno in loco coniunguntur. Ac propterea locum istum quidam verbo italico passum
hoc est transitum vocant. Nam et per hunc locum merces italie in bohemiam ferebantur.
Et superiores theutonici Austriam vel hungariam petebant / sicut et hodie fieri videmus.
In medio vrbis templum est diui Stephani primi martiris huius episcopatus patroni egregie
ceptum, sed non dum perfectum. Chorus hic admodum pulcher edificatur. Apud hoc
templum edes episcopi sunt ad eam partem que respicit ynum, tum capacissime tum splendidissime.
Trans danubium due quoque sunt arces episcopi. Altera in summo montis cacumine: Altera in ra-
dicibus apud aquas vbi danubius et niger boheme fluuius (qui etiam fert uniones) con-
iunguntur: Et ad sublimiorem arcem grandis ascensus atque difficilis: que tamen ex vno an-
gulo potest oppugnari. Sed tot ibi municiones addite sunt tum murorum quam fouearum, ut exp-
ugnari posse, nulla vi hominum videatur, Ibi et aule sunt et camere splendidissime, quas qui
viderit, nec ornatius aliquid, nec munitius usquam esse putauerit, At ubi descenderis in arcem
que infra iacet ornatum maiorem videbis, testudinatas cameras et aulas quam plures: Sunt

Passaw.